Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 611

Quelle:
Copyright:



*ſio* ad T. XI. *col.* 261. *Fol.* 70. in Epiſtolarum cenſu Liber *contra Vigilantium*, prout extat *Vallarſ.* T. II. *col.* 387. Hunc ſequitur ſpuria ad *Oceanum de Vita Clericorum*, ut *Vallarſ.* T. XI. *col.* 270. *Fol.* 164. rurſus *de Homine penitente & adhuc in ſeculo commorante* ſpuria, ut T. *cit. col.* 230. Hanc excipit *Epiſtola S. Jeronimi presbiteri ad demetriadem virginem chriſti.* Non illa genuina, quae incipit: *Inter omnes materias* &c. et legitur *Vallarſ.* T. I. *col.* 969. ſed illa: *Si ſummo ingenio* &c. quae diu inter *Hieronymianas* habita aſtuti *Pelagii* eſt, et remiſſa in T. XI. *Vallarſ. col.* I. Epiſtolarum numerus, accenſis iis, quae ſingillatim indicavi, ad LXXI. pertingit. Nihil in iis ἀνεκδοτον. In una alterave genuinarum ultima commendationis Formula deeſt. Lectio ſatis caſtigata eſt. Imo caſtigationis ſtudio putem in *I. ad Damaſum Epiſtola* Librarium noſtrum pro *Regnorum et Præteritorum* poſuiſſe *Regnorum et Prophetarum*, quod ſignificatum των Παραλειπομενων non eſſet adſecutus.

Addam Απογραφον *Chartae Libertatis* eleganti ejusdem Sec. manu pro more, quo Documentorum ſuorum diuturnitati Monachi proſpicere ſolebant, Codicis calci adjectum. *In nomine ſanctę et indiuiduę trinitatis. Aldeprandus dei gratia ſiticenſis monaſterii dictus abbas cunctis chriſti fidelibus huius pagine lectoribus uel auditoribus tam futuris quam preſentibus innoteſcere cupimus. qualiter quidam homo nomine Michael natione latinus* (Italus) *arte uero cementarius. tempore anteceſſorum noſtrorum de longinquis prouintiis aduenien. iam diu arte ſua noſtro monaſterio plurimum profuit. unde et ab eisdem in predio eccleſię noſtrę eſt ſubſtitutus. data domo et terra. Qui uidelicet M. quandam feminam nomine Maethtiltb propriam domini Alberti de wiſelberch eccleſię noſtrę aduocati accepit in uxorem. eandemque cum facultatibus ſuis a prędicto A. ad omnimodam libertatem redemit. Tranſactis autem aliquibus annis idem M. ſecundo cum facultatibus ſuis a prędicto A. liberos ſuos quos ex eadem uxore deo donante genuerat ea conditione redemit. ut idem A. ſuper altare S. Marię propria manu eos tali libertate donaret. quatenus unum quodque eorum ab ineunte ſeruicii ętate cenſum trium nummorum annuatim eccleſię noſtrę in die purificationis S. Marię perſolueret. Sane prędictum cenſum non ſolum ipſi uerum et omnis poſteritas eorum ad teſtimonium libertatis ſuę prefatus A. eccleſie noſtre aduocatus eternaliter perſoluendum ſtatuit. ne forte aliqua ſpiritualis ſecularisve perſona per potentiam eos ulla ſeruitute ſubiciat aut opprimat. Quod ut uerius credatur et a ſucceſſoribus noſtris inconuulſum ſeruetur. idem aduocatus noſter A. ſigilli noſtri impreſſione. et teſtibus qui huic diffinitioni preſentes aderant. corroborari monuit. nosque id fieri cum certo conſilio fratrum noſtrorum uolenti animo annuimus. Teſtes ergo huius rei hi ſunt. Maroldus tunc temporis armarius* (ab

*Ar-*